

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 31. An possint se aliqua præscriptione etiam immemoriali tueri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](#)

S U M M A R I U M.

1. Arresta sunt species executionis.

2. Genus à quo removetur, qualibet eius species removetur.

Neque etiam hoc possunt, quia arrestatio est species executionis; aqua autem genus removetur, etiam removetur quævis ejus species, Pres. Everardi in locis legalibus, loco à genere ad speciem l. si causa cognit. ubi gloss. & DD. C. de translat. l. fin. C. de iuris rei judic. §. vulgo in istu de fin.

Q U E S T I O XXXI.

An possiat se aliqua præscriptione etiam immemoriali tueri.

S U M M A R I U M.

1. Tempus immemoriale equipollens privilegio.

2. Iuris dictio vigintiduum virum uidetur patientia Statuum parie probata.

3. Juramentum impedit præscriptionem.

4. Præscriptio cessat cum de titulo cessat.

Videatur quod sic; vulgata enim est juris theoria, immemoriale tempus equipollere privilegio, l. hoc iure §. duobus à quo ff. de aqua pluvia.

Habentque vim tituli approbati auctoritate & patientia Statuum, a quibus hoc tribunal est stabilitum. Tel. cap. cum nobis numer. 7. vers. sed adverte de

præscripte. Veruntamen contrarium esse respondendum existimo.

Ratio, quia vigintiduum viri qui annales sunt, anno iuramento devincuntur paci pactionique vigintiduum viri ipsi Dile Luciae, festo seu illius postcidie, qui magistratum hunc auflicantur.

Juramenti autem hæc est energia, ut quasi Alexiacum remedium omnia mala ista, & illud præscriptionem omnem tollat atque impedit. DD. cap. fin. de præscripto pres. Everardi in locis legalibus loco à viri iuremento vers. decimus. septimus. Marsili Antonius Bavarius de viri iurementis. 42. vers. vigesimo nono. §. nro. 68. & Dein-

Vigintiduum virum Leodien si comparat compreh. Pars III. Quæst. XXXII. 401
Dende cum constet de institutione ac titulo jurisdictionis extraordinariæ
hujus urbinalis jurisdictionis, acquisitione fundari nequit in præscriptione temporis +
quæmam immemorialis, quæ vires tantum habet in casu dubio, secus vero cum
de uno atque jurisdictionis origine constat, Masecardus de probat. vol. 7. concl.
1572.

QUÆSTIO XXXII.

An tribunal hoc de excessu sportulatum possit cognoscere.

S U M M A R I V M .

1. Sportula unde dicantur & quid sint.
2. Sportula qualiter metienda.
3. De sportularum excessu queri licet apud vigintiduum viros.
4. Sportularum taxatio ed eos non
5. Officialis Leodien. sistere potest praecessum vigintiduum viralem.
6. Senator non nisi à senatu corrigi posset.

Sportula sunt honoraria justitiam administrantium, dictæ à sportula, quæ
solum in æde sacra deponebatur cum pecunia, quamis qui vincebat lucra-
tus, ex quæ cum deinde cepum fuerit judicibus honoraria exolvi, sportularum
uls foras pervagavit.

Itaque cum sportula pendeant ab arbitrio judicantis, ut secundum Budicum
in anno. ad pandectas l. solon §. quantum ff. de offic. proconsulis. non amplius hono-
raria, sed arbitria dici debeant, quæ ex circumstantiis causarum, personarum, terum,
studiorum circumscripta, arbitrio petentis subiiciantur. Quid si
quispiam hac in actione excedere dicatur, an erit casus vigintiduum vi-
ralis.

Respondetur, querelam hujusmodi excessus coram vigintiduum viris proponi
quidem posse.

Sed qui ita postulatur, vetere potest ut vigintiduum viri querelam istam li-
stant, donec Officialis Leodiensis ad quem spectat (cum de eo quæstio vertitur)
taxatio sportularum, honorariorum & salariorum suorum curialistarum, Lan-
celot de auentatis cap. 31. numer. 161. & seqq. eadem taxaverit. Et ita ab hinc paucis
mensibus factum in causa quorundam Tongrensum qui M. Nicolaum à Mu-

no de excessu coram vigintiduum viris accusabant, is enim mandatis pœnibus
ab

Ecc